

DECRETVM EVGENII PAPAE III.

oecumenico Constantinopolitano concilio æditum cū illa additione, filioq; ipsi sym- D  
 bolo declarandæ veritatis gratia, & virgine necessitate licite & rationabiliter apposita,  
 cuius talis est tenor: Credo in vnū deum, & c. hoc autē sanctum symbolum, sicut apud  
 Latinos mos est, ita decernimus per omnes Armenoꝝ ecclesias intra missarū solennia  
 singulis saltem dominicis diebus & maioribus festiuitatibus decantari vel legi.

¶ Secundo tradimus eis diffinitionē quarti vniuersalis cōcilij Chalcedonēsi, in qua  
 ro postea & sexto vniuersalibus concilijs renouatam de duabus naturis in vna Christi  
 psona, cuius tenor talis est: Sufficeret quidē sapiens hoc & salutare diuinæ græ symbo-  
 lum ad plenā cognitionem ac confirmationem pietatis. De patre etiā & filio & spiritu  
 sancto perfectionē docet, & dñi humanationē fideliter accipientibus representat. Sed  
 quoniam hi qui conantur reprobare prædicationē veritatis per proprias hæreses no-  
 uas voces genuerunt, & hi quidē præsumentes corrumpere mysterium dispensationis  
 dñi, quæ propter nos facta est. Alij vero introducentes confusionem per mixtionēq;  
 & stulte confingentes vnā esse naturā carnis & deitatis & portentosa dicentes passio-  
 bilem vniogeniti diuinā naturam, ob hoc volens claudere illis omnē machinationem cō-  
 tra veritatem præsens nunc sancta & magna atq; vniuersalis synodus prædicationē hęc  
 docens ab initio, immobilē decreuit ante omnia fidem trecentoꝝ decem & octo san-  
 ctorum patrū manere irrefragabilem & posteriore tempore propter illos quidē qui pu-  
 gnant aduersus spiritū sanctum, corroborat doctrinam de substantia spūs traditam a  
 patribus centū quinquaginta apud Constantinopolim congregatis, quam illi omnibus E  
 notā fecerunt, non quasi inferentes quod aliquid minus esset in præcedentibus, sed eo-  
 rum intellectum de spū sancto scripturarū testimonijs declarantes aduersus eos qui do-  
 minationē eius respuere tentauerunt. Propter illos autē qui moliantur corrumpere dis-  
 pensationis mysterium & impudenter delirant, dicentes purū hominem esse illum, qui  
 ex sancta Maria virgine natus est. Suscepit epistolas synodicas beati Cyrilli quondam  
 præfulis ecclesiæ Alexandrinæ ad Nestorium & ad Orientales cōgruas existentes ad  
 conuincendas Nestorij vesanias & ad interpretationem eoꝝ qui salutaris symboli men- F  
 tem pio zelo nosse desiderant. Quibus etiam consequētissime epistolam coaptauit ma-  
 gnæ & senioris vrbs Romæ præfulis beatissimi ac sanctissimi Leonis papæ, quæ scri-  
 pta est ad sanctæ memoriæ archiepiscopū Flavianum, ad perimendā Euthycis malam  
 intelligentiam, vt pote congruentē illius magni Petri confessioni & existentibus nobis  
 quandā columnam communē aduersus praua dogmata & ad confirmationē rectorū  
 dogmatum. His namq; qui in duos filios dispensationis diuinæ mysterium discernere  
 nituntur, obstitit & illos qui passibile deitatē vniogeniti ausi sunt dicere, a sacro cœtu ex-  
 pellit, & his in duabus naturis Christi temperamentū aut confusionem exquirunt, resis-  
 tit, & eos qui dicunt, serui formā quam ex nobis assumpsit, cœlestē esse aut alterius ali-  
 cuius substantiæ vt dementes abigit, & qui duas quidem ante vnitionem naturas dñi  
 fabulantur, vnā vero post vnitionem confingunt anathematizat. Sequentes igitur  
 sanctos patres vnū eundemq; confiteri filium dominū nostrum Iesum Christū conso-  
 nanter omnes docemus eundē perfectum in deitate, eundem perfectū in humanitate,  
 deum vere & hominem vere, eundem ex anima rationali & corpore consubstantialem  
 patri secundū deitatem & consubstantialem nobis eundem secundū humanitatem, per  
 omnia nobis similem absq; peccato, ante sæcula quidē de patre genitum secundū deita-  
 tem, In nouissimis autē diebus eundem propter nos & propter salutē nostram ex Ma-  
 ria virgine dei genitrice secundum humanitatē, vnū eundemq; Christū verum filiū  
 dominum vniogenitū in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indiuisē, inseparabili-  
 ter agnoscendum, nusquā sublata differentia naturarū propter vnitionem, magisq; sal-  
 ua proprietate vtriusq; naturæ & in vnā personam atq; substantiam concurrentem  
 non in duas personas partitum siue diuisum, sed vnū & eundem filium vniogenitū de  
 um verum dominum Iesum Christum, sicut ante prophetæ de eo, & ipse nos Iesum  
 Christum erudiuit, & sanctorū patrū nobis tradidit symbolum.

¶ Tertio, diffinitionem de duabus voluntatibus, duabusq; Christi operationibus in  
 prædicto sexto concilio promulgatam, cuius tenor talis est, Sufficeret quidem, & reli-  
 qua, quæ in ipsa diffinitione concilij Chalcedonēsi, superius enarrata sequuntur vsq; ad  
 finem, post quem sequitur in hunc modum, & duas naturales voluntates in eo & duas  
 natura?